

1581. 1 Januarii.

Edms Publ. N^o 254

Ego Jacobus Masov in Wobelantze, et nos Christianus Manduvel in Amhusen, & vases & Provincia & Priphebergen-
sis Georgius Belton Sellske, Capitaneus Rugen Walden-
sis ossiwaldus Masov in Brunow, et Petrus Stoventin
in Gorue heredes Rudigieri Massonii iunioris adhuc mi-
novennis, fratris prefati Jacobi deputati datiq; tutores
notum testatumq; facimus universis et singulis, patrem
meum pupilliq; nostri clarissimum et honesto memoria Rudig-
gerum Massonium mutui accepisse a Nobili Henrico Namelo
cognato nostro Charissimo certam pecuniarum summam
vigore obligationis eidem desuper datae. Quae summa cum debi-
tis censibus per totum annorum decursum vendit; absque
damnis et expensis nunc, in proximo pretito festo Martini
Episcopi exierit ad viginti sex mille nongentos octuaginta
quinque taleros debiti liquidissimi. Quia vero dictus quondam
pater meus pupilliq; nostri eam ipsam et aliam pecuniam
suam partim Regiae Maiestatis defunctae ipsi immediate
mutuo dedit, partim vero Leivius tanquam Commissarius
Regis credidit, qui eam in Regia Maiestatis Divi Sigismun-
di Augusti, quondam & Colonia Regis, et Regni utilitatem et
usum iussu et iudato supra scriptae Regiae Maiestatis converterunt
& praefecturas aliquod in Sauerogitia et argentia aureaq; clivodia
civibus quibusdam Gedanensibus ob necessitates bellicas
oppignorata eadem pecunia redemerunt, ac Regiae Maiesta-
ti supra scriptae restituerunt, quem admodum ea nunc defun-
cta Regia Maiestas facta per deputatos liquidatione partim
paterna mea pupilliq; nostri pecunia iam agnovit, et inde recipit,
prodit Documentis Maiestatis ipsius sigillo et manu propria roboratis
demonstrari satis potest. Quem admodum vero prefatus Henricus
Namelus cognatus noster charissimus, a nobis petat actionem

ut ei et ius meum pupilliq; nostri contra Regiam Maiestatem,
Dom: Stephauum Successorem Dni Sigismundi Augusti et Regnum
vel heredes cedemus, salus tam iure utriusq; nostro, si nihil
ipse a Regie Maiestatis Regno vel heredibus consequi poterit.
Petitioni ipsius non gravata apensibus. Itaq; horum vigore
predicto cognato nostro Henrico Hamelo, quod id fieri poterit,
omni meliori firmitateq; modo et forma ius et actionem meam
pupilliq; nostri cedimus, ut a Sacra Regia Maiestate et inclyto
hoc Regno & Colonia, heredibusq; Dni Sigismundi Augusti
Regis & summatim viginti sex milium uonigeutorum
uel uaginta quinq; talentorum in rationum mearum pupilliq;
nostri subductionem petere ac impetrare libere possit: Ita
quidem et hoc ratione u Sacra Regia Maiestate et inclytum
hoc Regnum vel heredes Defuncti, Regis Dni Sigismundi
Augusti uicissim 26985 talentos a pecuniis meis pupilliq;
nostri debitis defalcare et in solutum deducere clementissi-
me possit ac debeat. Quem admodum ego etiam Jacobus
Masson, nosq; prefati tutores, Sacram Regiam Maie-
statem, Regnum et subscriptos heredes, hoc ipso a solutione
sepe memorata summa 26985 talentorum liberos pro-
nunciamus, ac quietamus, et absoluius et in fidem huius
confessionis et apostolicis presentes sigillis nostris
et propria manu subscriptione munimus. Que data
sunt Stetini, ipis Calendis Ianuarii Anno MDL
XXII.

Hic ordine appresa sunt sigilla et subscripta nomina:
Jacob Masson Christianus Masduvel, Georgius
& Belon Oswaldus Masson, Jacob Masson Senior
& Petrus Stovembis & uuyff